Auguſtinus De Olomuncz Arcium et Decretorum doctor Ad·erudituz·virum Magiſtrum Johannem Nigrū phiſicum Tractatus de ſecta waldenſium Et primo quod predicacionis officiuz. non omnibus paſſim ſit in eccleſia permiſſum

K

BRITISH MUSEUM

Augustinus de Olomuncz Arcium Decretorum doctor Ad eruditum virū magistrum Johannem Nigrū phisicum. Tractatus de secta waldensium. Et primo quod predicacionis officium nō oībus passim sit in ecclesia permissum.

N

Nuper per Prostannum iter agens. Quum ī suburbanis ꝯstitissem. multasqȝ illic domos recens erectas exedificatasqȝ mirarer: astancium quendā percontari cepi. Qui nā hi essent. qui tam numerosam structuram ita breui. vt videre potui tēpore ꝯstruxissēt. waldēses fratres. quos vulgo Pickardos vocant. Michi ille respōdit. Mox animo in te conuersus. Quod illuc te flechta noster contulisse. nō multo āte michi dixerat. An ne eciā illic cōsedisses quesiui. Annuit ille. Quū domum eciam quam inhabitares ostendit. Malo hic veluti homine offensus. augurari cepi. Et te ꝗ̄ secte illi addictū esse. cuius morꝫ eciā certior effectus vehemēcius sane: michi crede: indolui hominem alioquī rectum et simplicem periculose infamisqȝ huius hereses. veluti visco quodam implicitū illaqueatumqȝ esse. Et imperite plebicule emētita illa quam pre se fert sanctitate. ab orthodoxa xpī religione desciuisse. Ex eo enī tempore. quo te ī Lythomischel congnoui Ita me ꝯtute tua. illa que animi simplicitate attraxeras. Vt vbi mencio aliqua de te incidit. nūꝗ̄ te sine honesta aliqua significacione preterire valuerim. Maxime vero quū libros diui Hieronimi pluteo tuo īter alios ecclesiasticos. bonosqȝ auctores repositos. tū casu quodam offēdissem. Arbitrabar eīm vel eo solo duce nūꝗ̄ te ad ea que ī fide plerūqȝ dubia occurrere solēt offēsurū Sed quicquid erroris vel dyaboli suggestiōe Qui ī āgelum lucis plerūqȝ trāsfigurari cōsueuit tibi īcideret. vel peruersorū hominū persuasiōe id oīe. Hieronimi scriptis ruitur. Postꝗ̄ scilicet. tot hereses per eū expugnatas Tot errorꝝ nebulas veluti clarioris alicuiꝰ lucis interuetu dispersas Tot deniqȝ fidei hostes succenturiatꝭ quibusdam cuneis aduersus ecclesiā obstrepētes dispulsos cōtritosqȝ per eū congnosceres Qui tamē. licet viuacissimo īgenio polleret: vt qui vtrūqȝ. et vetꝰ et nouū īstrumētū nobis reddiderit: Nichil ē quam vniuersalis sācta ecclesia sētiret astruere ē ausus Nichilqȝ temeraria presumpciōe nouū īducerē molitus Vt rudes istos imperitosqȝ tue professionis homines modo facere videmus: Qui quum nichil preter superficiem quandaz ſcripture ſacre teneant omnia ex arbitrio ſuo cõſtituũt difficillima queqz in ſcripturis temere. Et ꝑ vt in buccam veniũt. diffiniunt. Et apoſtolorũ vitã ſe imitari ſimulãtes hoſpitalitatis pretextu nõ niſi auaricie cumulandiſqz opibus ſtudent Scribaꝝ et phariſeorũ ſimiles culicem liquantes. ⁊ Camelũ gluciẽtes Deſpiciũt magiſtratus quibus gerendis inabiles reperiũtur familiares ſocietates communiaqz culpant quoniã villaticis laboribus aſſueti. liberalia ſtudia. honeſtamqz voluptatẽ minime cognoſcunt. Hic aliquis non vt Poeta Satyricus inquit de grege Ceturionũ ſed de fece ſutoꝝ aut cerdonuz predicacionis aſſumit officiũ Vagat per omniuz ordinuz gͣdus Cenſorio quodã ſupercilio. Oia ꝓphana. oia polluta. letiferiqz venez plena cõcionãdo Non aduertens. et diuina ⁊ eccleſiaſtica ĩhibicione predicacionis officiũ nõ niſi paucis permiſſuz Lege obſecro. quid de hoc Lucius ſcribat Licet: iquiens: deſideriũ intelligẽdi diuinas ſcripturas. et ſecundum eas ſtudiũ ad hortandi. reprehẽdendũ non ſit. ſed pocius cõmendãdum. in eo tamẽ apparet quidã layci merito arguendi quod occulta cõuẽticula celebrãt. officiũ predicacionis ſibi vſurpãt. ſacerdotuz ſimplicitatẽ eludunt Et eoꝝ conſorciũ aſpernãtur q̄ talibus nõ ĩheret Deus enĩ lux vera que omnẽ hominẽ venientẽ ĩ hũc mundũ illuĩnat ĩ tãtum odit opera tenebrarũ. vt apoſtolos ſuos. ĩ mundũ vniuerſum predicaturus euãgeliũ omni creature miſſurus eis precepit apte dicẽs Quod dico vobis ĩ tenebris dicite ĩ lucem. et quod ĩ aure auditꝫ ſup tecta predicate. et ĩfra. Sicut enim multa ſunt menbra corporis. oĩa vero nõ eundem actum habent. ita multi ſunt ordines in eccleſia ſꝫ nõ omnes idem habent officium quia ſecundum apoſtolũ. alios dominus dedit apoſtolos. alios ꝓphetas alios autẽ doctores ⁊c Quum igit̃ doctorum ordo ſit quaſi precipuus ĩ eccleſia non debet ſibi quiſqz ĩdifferenter. predicacionis officium vſurpare Nã ſecundum apoſtolũ. quomodo predicabũt niſi mittãt Quum idẽ eciã Paulus. nõ ad baptiſãdum ſed predicãdum ſe miſſum affirmꝫ. et veritas ipſa ꝑcepit apoſtolos Rogate dominũ meſſis vt mittat operarios ĩ meſſem ſuã. Quod ſi forte quis arguet reſpõdeat quia tales ĩuiſibilit̃ mittũt̃ a deo. Et ſi non viſibilit̃ mittãtur ab hoĩe Quũ inuiſibilis miſſio multo ſit dignior q̄ viſibilis Et diuina longe ſit melior. q̄ humana poteſt racionabilit̃ reſponderi quod quũ ĩterior illa miſſio ſit occulta. non ſufficit cuiq̄ nude tãtum aſſerere. quod ipſe ſit miſſus a deo quuz hoc quilibꝫ hereticus aſtrueret ſed oportet. quod aſtruat illã inuiſibilẽ miſſionez ꝑ operacionem miraculi vel ſcripture teſtimoniũ ſpeciale Vnde quũz dominus vellet mitere Moyſen in Egyptũ ad filios Iſrael vt crederent ei quod mitteret ab ipſo· dedit ei ſignum vt cõuerteret virgam in colubrem. et virgam iterũ reformaret Johannes q̊ꝫ Baptiſta ſpeciale ſue miſſionis teſtimoniũ protulit de ſcriptura dicens Ego vox clamãtis in deſerto. dirigite viam domino . ſicut ait Iſaias ꝓpheta ꝛc Vides ergo mi fratꝛ Sacre ſcripture teſtimonio. quã reprehẽſibiles ſint illi qui in Synagogis veſtris. ⁊ cõuenticulis. predicacionis officium ſibi temere arrogant Et in angulis garrientes. in lucem prodire iuxta euangelicum preceptum formidant· Nouas quottidie hereſes cudentes. facies quidem diuerſas habentes. ſed caudas ad inuicez colligatas Vt igiꝛ pro poſſibilitate mea his erroribus implicitũ abſoluerem Et de precipicio peccati animaz fratris lucrarer Hanc ad te Epiſtolam mi Johannes ſcribere inſtitui Ea potiſſimum attingens in quibus magis offendi videmini In cerimoniarũ ſcilicet eccleſiaſticarum ritu. diſpenſacione ordinum. Sanctoꝝ feriis ⁊ ſuffragiis Purgatorii penis ⁊ Sanctoꝝ ymaginibꝰ In quibus non conſuetum illuz ſcolaſticorum morem ſectabor ad vtramuis partẽ diſſetencium Sed perpetuum illum. fuſumqꝫ oracionis textum In quo et te ſepius verſatum puto. Et quem. ipſe eciam familiariorez habere conſueui Vt ſecundũ Hieronimi ſenteciaz. ſimplici ſtamine verboꝝ fila decurrãt puroqꝫ ſubtegmie Apoſtolici ſ̄monis. textura. ſubcreſcat Age igiꝛ q̄ ex charitate ſcripſi equo iam animo perlegas.

## Neceſſe eſſe Vt hereſes ſint ĩ eccleſia vndeqꝫ oriri cõſueuerit ⁊ q̄ꝫ periculoſa varia ĩcõſtans waldenſiũ ſit hereſes.

As electionis paulꝰ. futurũ cõſiderans. quod dyabolus fideliũ animos. ĩ his maxime q̄ fidei ſunt. oppugnaturus eſſet. neceſſarium eſſe dixit· Vt ĩ eccleſia hereſes forent. vt ꝓbentur qui fideles inueniantꝛ. hinc in euangelio eciam ſaluator noſter cum variis modis apoſtolos. per dyabolũ expetẽdos dixerat· Conuerſus ad petrũ ait et. ego rogaui ꝓ te Petre vt non deficiat fides tua Sciuit enim fidẽ omniũ ꝟtutum fundamentum eſſe. ex qua ⁊ iuſtus viueret. ⁊ laboꝝ ſuoꝝ per virtuoſaz operacionem. celeſte cõpendium. perpetuamqꝫ mercedem ſperare deberet. nichil ergo mortali homini ꝑnicioſius reperiri poteſt Quam quũz a fide exorbitās ꝑ deuia errorꝝ q̄di inceperit. Et a cōmuni ſentencia opinionū inuolutū. in volucris. huic. eniꝫ quotidie tot errorꝝ capita. innaſcuntur quot hydre illi herculanee in grecorꝝ fabuloſis hyſtoriis. renata olim ꝓduntur Quid enim cauſe ſubeſſe exiſtimamus. tot modo nouas ſectas. in Bohemia. ⁊ Morauia. obortas fuiſſe Niſi quia in vſu cōmunionis ſacroſancti xp̄i corporis ⁊ ſanguinis vniuerſali xp̄ifideliū cōſuetudini ſeſe opponere ceperūt. ꝓ qua tot bella ꝑpetrata audiuimus. Totqꝫ phana euerſa in. hodiernū adhuc dieꝫ maneſeſtis ruinis videmus Nunc tamē ardor ille. vſqꝫ adeo deferbuit. vt ꝓ quibus antehac. totis viribus digladiari cōſueuerāt. nūc ludibrio et contemptui palam haberi perſpiciant. ſubortis ſcilicet nouis. atqꝫ adeo ꝑiculoſioribus hereſibus. Vt iam procħ ſuperū fidem. Omnia ſacramēta abiiciant. et ſolū xp̄iani vocabulū retinentes. ab eccleſiaſtico. ritu. pro vt cuiqꝫ collibitū ē in priſcorꝝ illorꝝ ſectas aberrēt vt his calamitoſis tꝑorib⁹. pene tot ſecte reperiant. quot capita. Ita iam occupatis peſſimo Zelo omniū fere mētibus. Vt nichil his iucūdius accidere poſſit Quam librū aliqueꝫ incidere. ex quo vel ꝑniciosum dogma inducere aut ad ea que ſenciunt cōprebanda ſentenciolā aliquaꝫ veluti ī familiam ipſorū valeant coaptare. Qualia ſunt ea q̄ lactanci⁹ de ſimulacris fabricādis Ariſqꝫ ⁊ templis cōſtituendis diſſeruit Vt maxime verear quēadmoduꝫ in his ⁊ aliis religione vaga ⁊ incōſtanti ferūtur Sic nomine xp̄iano depoſito vel in Epicuri ſcholaꝫ deficiāt qui ꝓuidenciaꝫ ſuſtulit. Vel pytagore qui deos reuocauit in dubiuꝫ. vel dyagore qui deos et ꝓuidenciaꝫ omnino penituſqꝫ excluſit Et vndenam iſtud Niſi quia: vt dixi: errore ſemel admiſſo difficile ex eo emergere valeant Nō videmus id in Italis q̄uis diuino ꝑpe. īgenio excellāt Non in Gallis Germanis· Dacis Hiſpanis Et ſexcentis aliis nacionib⁹ linguis. ⁊ populis Hi enim ſub vnico Crucis vexillo nauigantes. nulli⁹ facile erroris aurā ſubeunt Sed ꝑ vt xp̄i vicarius Roman⁹ pōtifex. themonē direxerit aſpirāte xp̄ō. ī vnū omnes ſalutis portū emergūt Hec eſt enim Archa illa q̄ munda olī. ⁊ immunda ſuſcepit Hec ſagena ex omni genere piſciū impleta Typū olī eccleſie preferens. q̄ ex bonis ⁊ malis in vnitate fidei collecta. iuſto tādem dei iudicio. ⁊ bonis premia. malis vero ſupplicia et̄na decernerꝫ In hoc igit̄ mūdo. veluti ſalo. quodā cōſtituti· Nichil nobis ex meritis noſtris polliceri poſſum⁹: veluti ꝓfeſſionis tue homines. ſibi pol liceri audẽt: qui nõ ex fide ſed bonis ipſoꝝ operibus. quibus ſe habundare putant. iuſticiam dei veluti exigere videnť Nõ perpendentes illud apoſtoli Pauli Omne quod non eſt ex fide. peccatuz eſt. illud qz rurſuz Non ex opibus iuſticie q̄ facimus. ſed ex magna dei miſericordia. ſaluos nos fieri Non ſunt enĩ cõdigne. paſſiones huius ſeculi. ad futuraz gloriam· que reuelãda eſt in nobis At nos ex fide in primis viuentes. ſi non opera noſtra veluti Phariſeus ille deo exꝓbamus. cuz Publicano tamẽ peccatoꝝ noſtrorũ conſcii ſinguli vel a longe ſtantes dicimus Deus ꝓpiciꝰ eſto michi peccatori Niſi id fortaſſe dicas. fidẽ vos ex eo ꝓbaciorem habere Quoniã eam bonis opibus ꝓficere conamini (Ecce igiť qualiť phariſeo illi ſimiles iuſticias veſtras predicatꝭ Opera vero noſtra veluti publicani illius demõſtrantes contemipnitis aſſerentes nichil ſancti a nobis ꝓdiri. poſſe. quoniam polluti impii ⁊ ſacrilegi ſimꝰ. tãq̄ deus homines. qui nobis ꝓſunt. nõ homines fragiles ſed ãgelos et impeccabiles conſtituiſſet. Uerum qualis obſecro veſtra eſt fides q̄ nullo iudicio. ſingulorum paſſim ꝓ vt aliquis ex vobis argucior prodit opinionibus eaz nouã quotidie fabricatis Aliquis ſub ſpecie panis verum deum ⁊ hominez contineri credit. aliꝰ mox ydolatrie hunc arguit. herbaceumqz deum hunc venerari contendit O ſcelus ĩexpiabile O ĩtollerabilez. blaſphemoꝝ hominum ſentenciaz Fidẽ ſanctã ĩmaculatã. ꝑ tot ſanctiſſimorũ doctiſſimorumqz virorum ſecula. ſaluã ⁊ integrã. iaz a ſutoribꝰ ſordidiſſimis diſcenti. ⁊ que a Regibus et principibus eximio cultu ⁊ veneracione ſuſpiciť a fetidiſſimis mancipiis ꝑteri. ĩ dubiũqz denuo reuocari Quis hec queſo equo animo ferre Quis inoffenſa valeat aure audire Multa. inq̄t diuꝰ Hieronimus. in orbe mõſtra generata ſunt Cẽtauros ⁊ Syrenas Ululas ⁊ Onocratolos in Eſaia legimus Job Leuiathan et Behemoth. miſtico ſermone. deſcripſit Cerberum ⁊ Stymphalidas Aprumqz erimantheũ. ⁊ Leonem nemeum Chymeram. atqz hydram multoꝝ capituz narrant poetarum fabule Cacum deſcribit Uirgiliꝰ Triformem geryonẽ hiſpanie ꝓdiderunt Nullum ſane ſimile mõſtrum. effingi poteſt quod id genus hominũ mõ nõ pariat Uidebiſ enĩ hic Neſtorianos Arrianos. Marcionitas Pelagianos Nouacianos. waldẽſes (Et quecũqz oliz fuere infamis dyaboliceqz nomen dature noĩa (Et tamen ſe xpianos nominare nõ verẽtur Quiz concordiam ſancti nominis rumpãt. ⁊ nouis ĩuencio nibus iconſutilem xp̄i tunicam ſcindere argucijs vanis nō deſinant Qui tamen ſi vel leniť pro his corripiuntur. exaſperamini vociferamini. iniuſteqꝫ correptos palam. cōſtanterqꝫ adſeuerare. haud quaq̄ veremini Vt in eo nup̱ viſum eſt q̄ ex ſchola veſtra in Olomuncz ob irreuerēciā. ſacroſancte Eukariſtie ꝟgis ē ceſ⁹ Nō ea fuit: michi crede: crudelitas. ſed pietas Legiſti petri crudelitatem in Anamam ꝛ Zaphyrā Pauli rurſuꝫ i Helimaꝫ. quē eťna eciam cecitate dampnauerat Quippe quū ſcriptum ſit Si frať tuus et amicus et vxor q̄ eſt in ſinu tuo. auertere te voluerit a veritate. ſit manus tua ſup̱ eos ꝛ effunde ſanguinem eoꝝ. ꝛ auferes maluꝫ de medio iſrael Ecce quō pro cauſa fidei eciam ſanguinem effundere iubemur. Neceſſe ē ergo vt iudex aliquis ſit in eccleſia. apoſtolicuꝫqꝫ tribunal quod et erroneos inſtruat. ꝛ obſtinate in hereſi p̱ſeuerantes iuſta aīaduerſione caſtiget Vt enim Eneas Silui⁹ elegantiſſime. ſimul et veriſſime ſcribit Nulla eſt tam clara tamqꝫ aperta ſcriptura vt in diuerſos ſenſus flecti non valeat Traxerūtqꝫ ſacris ex codicibus ortum oīa que ab inicio mundi ſurgentis eccleſie vſqꝫ in nūc ſciſmata creuerunt Sed norat hoc futurum deus Idcirco quum per famulum ſuuꝫ Moyſen Iſraelitico populo legē dediſſet. quid ſectandū quidue fugiendum eſſet manefeſta ſerie deſcripſit. Sciēs tamē futuros eſſe q̄ legi ſue diſſonos ſenſ⁹ accomodarēt Cōſultur⁹ futuro ſeculo ꝛ obicē poſiturus hereſibus ſupremuꝫ tribunal in terra cōſtituit. ad maiores cauſe. ꝛ omnes afferri dubitaciones de lege deberent Attenim ī Deuto. domin⁹ ſi difficile et ambiguū apud te iudicium eſſe p̱ſpexeris īter ſanguinē. ꝛ ſanguinē. cauſā. ꝛ cauſaꝫ leprā. ꝛ leprā ꝛ iudiciū. inť portas videris ꝟba varietate Surge et aſcēde ad locū queꝫ elegerit dn̄s deus tuus. venienſqꝫ ad ſacerdotes Leuitici generis et ad iudicē q̄ fuerit illo tēpore Et querens ab eis qui iudicabūt tibi iudicij veritatē ꝛ facies q̄cūqꝫ dixerit q̄ preſunt loco quē eligerit dn̄s ꝛ docuerit te iux̄ legeꝫ ei⁹ ſeq̄riſqꝫ ſentēciā eorū nec declīabis ad dextrā vel ſiniſtrā Qui aūt ſup̱bierit nolēs obedire ſacerdotꝭ īperio q̄ eo tp̄e miniſtrat dn̄o deo tuo ꝛ decreto iudicis morietur homo ille Et auferes maluꝫ de Iſrael ſic veteris teſtamenti ſequacibus domin⁹ īperauit Ne quis ſua ſeductus opinione ſcindere populū p̱egrinaſqꝫ relligiones introducere poſſet Sed nec xp̄us domin⁹. noue legis conditor veritatis magiſter. ⁊ ſalutis inuentor. ſupremi refugium tribunalis omiſit Elegit enī Petruz. et ī petro ceteros Romane ſedis ãtiſtites qui poſt eius in celuz aſcenſionem vicariatū tenuerūt de in eccleſia primuz locum Cum claues regni celoꝝ illi promiſit. ac ligādi ſoluēdiqz poteſtatē. et tandem paſturaz gregis cōmiſit dicēs Paſce oues meas Cur hoc Quid tunc opus erat Petrum fieri paſtorē. claues regni tenere. principatū accipere. xpi vicariatū gerere. Niſi vt errātes reduceret ignatos inſtrueret. timidos roboraret. pertinaces eliminaret. fidelibus ſubueniret. hereticis repugnaret Si iuſti eſſem⁹. ac noſtro ingenio verum videremus. ⁊ ſequeremur oēs. neqz lege neqz pricipe opus eſſet Sed quia inſurgūt igenia pernicioſa q̃ doctrinas peſtiferas ſeminant fundūtqz venena letalia Et occidunt credulas animas neceſſaria fuit ſuppremi tribunalis ereccio Quod īter leprā et lepraz iudicarz. hoc eſt ſancta Romana. ⁊ vniuerſalis eccleſia. que cardo ⁊ caput eſt Lexqz ⁊ magiſtra omniū q̃ in fide gerūtur. Vos vero ſub principe tenebraꝝ. nullos errorū tribulos. nullas ſpinas reciditis. ſed vtcūqz exoriunt. quotidie lōge. lateqz excreſcerē permittitis Et remota racionis falce in validius robur ꝑnicioſum dogma fulcitis Vt ergo errorz huiuſmodi tenebras clari⁹ intueri valeas exordium naſcetis. coaleſcētiſqz fidei paulo alcius repetituz equo denuo animo queſo accipias:

Fidem xpi ab apoſtolis primuz. et eoꝝ ſucceſſoribus inſtitutam eſſe Et ꝙ Are. ⁊ tēpla Sanctoꝝqz ymagines licite ī eccleſia fieri debeāt

Trāſiturus ex hoc mūdo xpūs dn̄s Quū fidez nouellā. nōdū plene edificaſſet. paraclitū ſe ī breui miſſurū ſpopōdit. ꝗ omnez veritatem doceret. quidue diſcipulos facerē opporteat. plene ſuggereret īpfectam enī legē adhuc dn̄s eis r̄liquerat. ſed ꝓ ſe ſpiritū ſanctū ī apoſtolorū cordibus primū formari Inde vero ceteris per predicacionez eorum plenius declarari debuerat Petrus enim primuz eciaz domino aſcēdente: vt Origenes probat: iudaycos iux̄ moyſen ritus ſeruabat Vt qui nondum a Iheſu perdidiciſſet. a legis littera. ad ſpiritus legem trāſcenderē vti apoſtoloꝝ ex actis didicim⁹ Poſtea aūt die it̄ illis faciētibus ⁊ aꝓpinquātibus ciuitati. aſcēdit petr⁹ ī ſuꝑiora tēpli vt oraret circa horam ſextam et cum eſuriret voluit guſtare parantibus aūt eis cecidit ſuper eum mentis exceſſus. Et vidit celum apertuz

Et deſcendens vas quoddā veluti linteum magnū quatuor iniciis ſummitti de celo ī terrā. in quo erāt omnia quadrupedia. et ſerpencia terre et volatilia celi Et facta eſt vox ad eū. Surge petre. et occide ꝛ manduca Tum ille abſit domīe quia nūq̄ māducaui omne cōmune et immūdū. Et vox iteꝝ ſecūdo ad eū que deꝰ purificauit. tu ꝯmūe ne dixeris. ideſt inquinatum. Aduerte itaqꝫ queādmodū ex dictis hiſce iudaicos preferat ritus. ſiquidē Petrus. que mūda eſſēt atqꝫ immūda adhuc obſeruabat Quineciam exinſequētibus demōſtratur. viſione tpm̄ indiguiſſe. q̄ moneret vt Cornelio. qui ſecūdū carnē. Iſraelita nō eſſet Et ī his qui ſecum vna ꝯſarentur. fidei v̄ba communicaret. Vt qui vel ad id temporis. iudeus exiſteret. Et ꝑ iudaicis tradicionibus cōtemptis ceteris qui ex iudeoꝝ eſſent religionem eciam viueret Nec ſecus et paulus in ea quam ad Galathas. cōſcripſit epiſtola. id patefecit. prius enim q̄ veniret quidam a Jacobo cum gentibus edebat cum aūt veniſſent. ſubtrahebat. ꝛ ſegregabat ſe timēs eos qui ex Circunciſioē erant. et ſimulacione eiꝰ cōſenſerūt ceteri iudei. ita vt Barnabas duceret ab eis ī eam ſimulacionem Ecce igitur quomodo lex xpī non tā inſtitucione ipſius. quā obſeruacione hominū tradicōneqꝫ apoſtoloꝝ mox vt euangelizari ceptū eſt diſpenſari cepit. docente id eo ſpiritu. queꝫ repmiſſū apoſtoloꝝ cordibus ſaluator noſter immiſit habeo enī: inquit apud. Joannem. multa vobis loqui. ſed nō poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis ille docebit vos omnem veritatem. Quid enim tale dicere his potuit. que ferre nō valuiſſent Niſi quod iactis fūdamētis ſalutꝭ nr̄e diſcipulis et eoꝝ ſucceſſoribus per ſpiritū ſactum multa inſtituēda reliquit. q̄ vel ad religionis cultū vel cerimoniaꝝ obſeruaciones. modo inducta īſtitutaqꝫ cernunt Que tamē omnia a ꝓphanis hominibus. veluti ridicula deſpiciunt. Aſſerētibus. templa nulla fieri debere Quum tēpla dei ſimus nos Et deꝰ plus cordis noſtri cultum exigat q̄ templorū ꝛ parietum ornatuꝫ. habēt hec quidem fateor. aliquid coloris quo impite multitudini imponere queas Sed quaꝫ friuole ſtulteqꝫ dicuntur taꝫ facile eciam. validioribus racioībus intereunt Scimus quantum olim cōſtruēdi exedificandiqꝫ tēpli in veteri lege deus curam habuerit qualēqꝫ in eo ornādo. lignorum lapidum gemmarum. periſtromatum. ymaginē mēſaꝝ. cādelabrorumqꝫ delectum. Vt non alium Architectuꝫ habere voluerit. quin omnia pro vt ipſe iuberet cōſtruerent diſpenſatis miniſtrorū. leuitarum. ſacerdotū. pontificumqȝ ordinibus ſacrificiorum ritu. veſtiū cultu. hoſtiaꝝ diſcreciōe. Nōne hec ſuperbie ſpeciem nō pre ſe ferebāt: inaniſqȝ cuiuſdam. minimeqȝ deo couenietꝭ vanitatis. et pompe: hec tamen niſi ita vt īſtituta erant obſ̄uarent preſes mox pena ſubſequebatur Nullo penit⁹. bono eciam aīo ſortem miniſterii ſui tranſgredi audente. Vt de datan et Abyron legimus quoꝝ thuribilia iuſſu dei cōflata ſūt. Memoriale ſempiternum filiis Iſrael Ne quiſquam denuo. qui non eſſet ex ſemīe. Aaron eiuſmodi miniſterio ſe temere īgereret Et tamē contra ea omnia. veluti deo execrabilia. minimeqȝ placita. Illud Pſalmiſte Dauid. tui ordinis homines obiicere ꝑculdubio potuiſſet. Non accipiam de domo tua vitulos. neqȝ de gregibus tuis hyrcos Nunquid mādućabo carnē thauroꝝ aut ſāguinem hyrcorum potabo Quoniam mee ſunt oēs fere ſiluarum. Iumenta in mōtibus et boues. Immola deo ſacrificium laudis Et redde altiſſimo vota tua Ignorantes miſeri. ad hoc deū. materiale hoc tēplum. cōſtrui iuſſiſſe. Vt cordis noſtri puritatē erga ſe illic exigat Et ex viſibili opere. nos īadmirabilē diuinitatis ſue pulcritudinem attēdat. Ita et mō Quum eccleſia ſancta. Katholica. templa ⁊ aras xpō domino cōſtituit. cerimoniaꝝqȝ ritus. ꝑ ſpiritū ſāctum in miniſterium ſacratiſſime ſui corporis ⁊ ſāguinis induxit Quis ſane mentꝭ iure id reprehēderet audeat. quodqȝ ſanctoꝝ illic ymagines viſūt ydolatrie cultū īduci preſumat. Nō enī quod eas veneremur. quodue aliquid diuinitatꝭ: Vt veterꝭ oli Ioui Appollini. aut Neptuno :his īeſſe putemus. illic eas cōſtituimus: ſcimus enim metalla. lignaqȝ aut lapides eſſe: ſed hoc veluti archetypo. ī dei et ſāctoꝝ mēoriaȝ rapimur Et ex viſibili ſigno glorioſi triumphi. quem fortiſſime quondā xpī achlete ꝑ fide īſigni pertulerūt victoria. identidē admonemur. Scio quid ī eo reniti ſoleatꝭ. quod. Baruch ꝓpheta ſimulachra eiuſmodi. nō niſi ad ſacerdotum luxum conflata aſſerat. et lactāci⁹ in fide adhuc neophitus. cōtra gētes diſputans Non ludicra hec. ⁊ fragilia digitoꝝ figmēta. ſed artificem pocius deum ſuſpici ⁊ venerari confirmet. Vera eſſent hec omnia. ſi tali veluti putatis veneracione ſymulachra. ea ſuſpiceremus. Sed abſit. vt quitq̄ eoꝝ nō dico credamus ſed ne ſumemus quidē. Scimus enī: vt ꝟbis diui Gregorii vtar: aliud eſſe picturā adorare. aliud picture hyſtoria. quid ſit vere adorādū ad diſcer̄. Neqȝ enim: vt Lactācius ait Ornatis ⁊ grādibus puppis vngēta thura et odores inferimus Neqꝫ his opimas ⁊ pingues hoſtias ymmolamꝰ Stulti enim eſſemus. et ſaxo ligno. vel robore ſtupidiores. Sed dei vel ſancti alicuꝰ ydoluꝫ cernētes. deuꝫ in ſanctis ſuis glorificamus Et ex eorū ſignis aliquod veluti virtutum incitamētuꝫ ſuſcipimus Quomodo ⁊ veteres oliꝫ gentiles. factiſſe Saluſtius refert: Audiſſe ſe inquiēs ſepe. q. Maximū Publium Scipioneꝫ. preterea Romane reipublice. clariſſimos viros. ita ſolitos dicere Quuꝫ maioꝝ ymagines intuerentur. vehemētiſſime ſibi animuꝫ ad virtutē accēdi ſcilicet non ceram illam. neqꝫ figuram tantaꝫ vim in ſe habere putādo ſed memoria geſtarum rerum. eaꝫ flammaꝫ Egregiis viris. in pectore creſcere. neqꝫ prius ſedari. quam virtuteꝫ eorum. famamqꝫ atqꝫ gloriam. adequaſſent Fruſtra igiť nos. vt cernis ami Johānes. adolatrie inſimulatis. fruſtra auri et argēti in eccleſiis. ſplēdore. ⁊ auaricie. et cupiditatis arguitis. quū vos his viciis: que reprehendite: pocius obnoxii videmini ob hoc forte ſumptuoſioribus eccleſiaꝝ edificiis. et ymaginibus abſtinentes ne aurū ⁊ argentū. quod nos ꝓ honore dei largiter exponimus. vos auaricie deditis ꝓfunderetis. Quid ꝙ ſanctoꝝ etiam oſſa ⁊ reliquias. vt īmunda abiicitis. nosq̄ eas ſeruantes. ⁊ ī eccleſiis in limheolis et vaſculis exhibentes veluti ꝓphanos et ſacrilegos arguitis Quibus tamē nō aliis quam Hieronimi v̄bis reſpōdeo Nos non dico martiruꝫ reliquias. ſed ne ſolem quidem et lunam. non angelos non archangelos. non ſeraphin ⁊ omne nomen quod nominatur. inpreſenti ⁊ in futuro. colere te adorare ne ſeruiamus pocius creature q̄ creatori. Honoramus autem reliquias martiruꝫ vt eum. cuius ſunt. martires adoremꝰ. Honoramus ſeruos vt honor ſeruorum redundet ad dominum qui ait Qui vos ſuſcipit me ſuſcipit. Ergo Petri et Pauli īmunde ſunt reliquie. Ergo moyſi corpuſculum immundum erit. quod iuxta hebraycam veritatem ab ipſo ſepultum eſt domino Et quocienſcumqꝫ apoſtolorum ⁊ prophetatum Et omnium martirum baſilicas ingredimur tociens ne ydolorum templa veneramur. Accenſiqꝫ ante tumulos eorum cerei ydolatrie inſignia dicentur Plus aliquid dicam. quod redundet in auctoris caput. Et inſanum crebrum vel ſanet aliquando vel doleat ne tantis ſacrilegiis. ſimulacrum anime ſubuertatur Ergo et domini corpus in ſepulchro poſitum immundum fuit. Et angeli q̄ candidis veſtibus vtebantur. mortuo cadaueri atqꝫ polluto prebebant excubias Cernis ſane mi Johannes Quod ex ſimpliciū quandoqꝫ peruerſa credulitate.errores ſequantur Quantaſqꝫ rurſuꝫ blaſphemias in deum et ſanctos.ex polluto ipſorum ore hi veſtri Archiſynagoge deblatterēt.et tamē ob hoc eos iuſtificātes ymitatores xp̄i et apoſtoloruꝫ aſſeritis.et vniuerſalem eccleſiaꝫ cōtempnentes.horū dogma tam cōſtanter tamqꝫ pertinaciter imitari perſeueratis.

### De prefecturis.et ordinibus eccleſiaſticis quos laicis quātumcūqꝫ bonis vſurpare nō conuenit Quodue clerici licite tp̄alia poſſideāt Atqꝫ a nemine temere iudicari debeant

S

Vnt qui ordines eccleſiaſticos.ex eo vel maxime impugnāt Quod xp̄us humilitatꝭ magiſter.nullos dignitatis ḡdus in eccleſia inſtituit.nulloſqꝫ faſces.nullas prefecturas.diſcipulis adminiſtrādas reliquit.ſed docere verbum vite in oī humilitate et manſuetudine precepit Non aduertentes verba ſaluatorꝭ.mugitu bouis euangelici relata.vbi diſcipulis ſuis inquit Nunquid quando vos miſi ſine ſacculo.et pera aliquid defuit vobis Et reſpondentibus nichil ſubintulit Nunc qui habet ſacculuꝫ tollat ſimilit̄.et peram.⁊ qui nō habet tunicaꝫ vendat Et.emat gladium Quam ergo paup̄tatem in Matheo preceperat eam tp̄is ſucceſſu:vt Lucas refert:relaxauit Neqꝫ enī veriſimile eſt quod ſacerdotes .et epiſcopos circumforaneos.quoſdaꝫ mendicos eſſe voluerit.qui q̄ omni honore vacui.fora tantuꝫ et frequencia hominū cōuenticula predicādo obirēt.quos Paul⁹ et genus electum.⁊ regale ſacerdociuꝫ gentem ſanctam.et populum adquiſicionis appellat.Sꝫ humiliatis viam eos xp̄us docere voluit. Vt q̄uis populo xp̄iano preſint.mente tamen et animo omnia parui exiſtiment. nichilqꝫ arroganter. nichil inſolenter vel faciant vel alios facere permittant Nunquid eniꝫ ſub honeſto corporis cultu largioreqꝫ cēſu humilitas eſſe non poteſt. Neqꝫ ergo Job. neqꝫ Zacheus qui diues dimidiuꝫ bonorum pro xp̄ō pauperibus diſtribuit. iuſtus videbit᷑ quin eciam videam⁹ Nūquid vos qui :vt dicitis: id xp̄i doctrinā ſectari conamī renūcciatis omnibus et nudi et inopes xp̄ūm pauperem ſequimini Vidi certe religionis noſtre pauperes.Et pannoſos multos Paucos ex veſtris qui melioribus non amicirentur. Vidi rurſum multos ī auro ⁊ purpura h̄uiles. Jn abiecciore vero habitu adeo elatos Vt ob leuem offenſam et verba deſpumarent grandia ⁊ meras deto narent tragedias Eque regibus ⁊ principibus humilitas precipitur Eque omnibus qui xp̄i miliciam ſuſceperunt. illis tamen preteritis in ſolos xp̄i ſacerdotes. debachamur. ipſorumqȝ. queqȝ oꝑa diſcutim⁹ Et quod diuino ⁊ humano iure interdicitur de familia xp̄i male meriti ſub foro eciam et iudiciis noſtris mulctemus Scelus eſt: inquit ille: et inuerecunda proteruia. Sare filios qui de libera geniti ſunt. cum ancille filiis in ſeruitutē redigere Non hec vinea. nō hec. plātacio. non hec ſacio veſtra. ſed dei qui eam ſibi in titulum. domeſticaȝqȝ ſortem aſcripſit. ſui ſigniferam nominis. ⁊ diſpenſatriceȝ celeſtiuȝ theſaurorum. ḡciarumqȝ vitalium Jus poteſtatemqȝ aſſecutā. ligandi animas atqȝ ſoluendi. Quam vero prepoſtere et impudenter cuȝ deo agitur. ſi quos iudices veſtros ipſe conſtituit violent᷑ de his vos iudicetis Hi enim ſunt qui vbi primum in lucem vitamqȝ editi eſtis ab originali culpa tanq̄ lepra vos purificant beato fonte baptiſmatꝭ Hi qui cetera ſacramenta conficiunt vobiſqȝ imparciunt Hi qui poteſtatem ſoli reſerandi claudendiqȝ celi hominibus habent. et ꝑ quoꝝ labia euangeliuȝ vbiqȝ refulget Seruate que ſunt Ceſaris Ceſari. Et que ſunt dei linquite deo Sancta ſanctorū ingredi ꝓphanis ſane non licet. nec templa vaſa pollutis carne contingere Currū domini prolabentem. auſus Oza fulcire plectitur morte. Pharao populuȝ dei ſeruicio premens. rubro mergitur mari Anthiocus templi dotat⁹ ſpoliis. quibus ex omni memoria nil crudelius penas luit Pōpeius is tui magno nomen. capta hieroſolima. temploqȝ Romanis ydolis et equorum ſtabulacione polluto ad Egypciuȝ Litus. reciſa ceruice fede et miſerabiliter in ſabulo iacuit. et Craſſus collega eū victoreȝ ſecutus. et quibus Pompeius pepercerat. templi ornamenta predatus apud Caras parthorum telis opprimitur Indigna igitur eoruȝ eſt preſumpcio qui de ſacerdotib⁹ xp̄i iudicantes. temere que volunt diffiniunt Populus enim ab eis docendus eſt et corripiendus. non ipſi ab eo. ne ldiſipuus ſit ſupra magiſtrum Quam ſapienter Conſtantinum Ceſarem feciſſe hyſtorie tradunt apud queȝ quū Epiſcopos quoſdam nōnulli grauiter criminati fuiſſent. protuliſſentqȝ libellos. neqȝ eos legit neqȝ alios legere permiſit. ſed preſentibus Epiſcopis in omni humilitate combuſſit Non licere ſibi adiiciens de his iudicare. quos ſibi miniſtros deligere dignatus eſſet dominus. et quos modo angelos teſtamēti modo xp̄os mō eciā deos nūcupauiſſet

Quum Thymotheus eciam aduerſus Presbiterum et Epiſcopū accuſationem ſuſcipiendam prohibeat. O xpianā optimi principis ſentenciā. Nouerat enim epiſcopos. quātūcumqꝫ flagicioſos. organa ſpiritus ſancti eſſe. nō ex merito quidē. ſed officio Nūquam Cayphas prophetaſſeꝰ niſi anni illius Pontifex fuiſſet Nunq̃ Paulus veniam a deo peciiſſet Quod Ananiaꝫ illum ſceleratuꝫ pontificē. poſt acceptam plagam. parietē dealbatum maledicēdo dixiſſet Ignoraſſe ſe excuſans. quod pontifex fuiſſet. Niſi ſcriptum inueniſſet Principem populi tui ne maledixeris Colendi igit᷑ ſunt. obſeruandi. omniqꝫ honore et veneracione ſuſcipiendi ſacerdotes. ⁊ Epiſcopi. nec boni ſolum ſed eciam diſcoli Quoniam quos deus. in miniſteriuꝫ ſuuꝫ preficere voluit. humana temeritas contempnere non debet. non omnes boni ſunt. non omnes perfecti Epiſcopi tamē illi ⁊ ſacerdotes omnes Atqꝫ ex eo iudices. nobis conſtituti. non ex operibus ipſorum. que interdum mala ſunt Sed ex officii dignitate Nam et Dauid quum eſſet adulter et homicida Interrogatus a ꝓpheta ſentenciam in diuitem dedit qui ouem pauperis rapuit dicens Judicium mortis eſt viro huic Item Salomon cum amore muliercularum deos gentilium coleret tamen vniuerſa plebs Iſraelitica. ad eius iudicia confluebat ſic et Achab quamuis coleret Baal tamen decē tribꝰ iudicabat. multi eciam alii tam in veteri teſtamento. quaꝫ in nouo inueniunt᷑ quorum vita cum eſſet blaſphemabilis. tamen eoruꝫ ſentencia quia ex iudiciarii ordinis integritate proceſſit. inuenitur ſeruata Vnde ⁊ dominꝰ ait in euāgelio. Suꝑ Cathedrā moyſi ſedebūt. ſcribe ⁊ . phariſei ⁊ cetera. Hic liq̄do conſtat. quod mali paſtores dū ſentēcia iuſti examinis. alioꝝ crimina feriūt. ſibiipſis nocent. dū ſine exēplo ſue emēdacionis. alioꝝ vicia corrigeꝛ̄ curāt ſubditis proſunt ſi eoꝝ increpacione correcti vel ſentēcia coerciti vitā ſuaꝫ ī meliꝰ cōmutaꝛ̄ didicerit Attēdis Petrū: inq̄t diuꝰ Hieronimꝰ: ſed ⁊ Judā cōſidera. ſuſpicis ſtephanuꝫ. ſed ⁊ Nicolaū reſpice Quē dn̄s ī Apokalypſi ſua dāpnat ſentencia Nec ſibi q̄ſq̄ de corporis caſtitate ceteriſqꝫ virtutibꝰ. ſupplaudat quū de oī ꝟbo ocioſo quodcūqꝫ locuti fuerīt hoīes rōnē ſint r̄ddituri quū eciā ſiplex ꝯuiciū ī frēꝫ homicidii ſit reatꝰ Ve nobi quociēſcūqꝫ ꝯcupiſcimꝰ fornicamur Inebriatꝰ ē: inq̄t ꝓpheta: gladiꝰ meꝰ ī celo multo āplíꝰ in t̄ra. que ſpinae generat et tribulos Vas electionis in cuius ore xp̄us reſonabat macerat corpus ſuum Et ſubiicit ſeruituti et tamen cerniti naturalem carnis ardorem. Sue repugnare ſentencie.

Vt exclamare cogatur Miſer ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius.. ⁊ tu putas Epiſcopos et ſacerdotes. irreprehenſibiles ſine lapſu viuere poſſe ꝓphana opinio. et ab omni racione aliena Peccauit angelus in celo. homo in paradiſo. Judas ex xpī collegio quid miruȝ ſi fragilem hominem. in qualicumqȝ officio conſtitutum preuaricari contingat Video tamen mi Johannes. quid ordinis tui homines moueat. vt eoꝝ contra nos tãtopere gliſcat offenſio Hi eniȝ quuȝ nichil in bonis ducãt. ꝙ̄ pecuniaria compendia. que his niſi labore cura. et ſolicitudine Sacerdotibus autem omni penitus labore vacuis. eueniunt Hec tollerare ſane abſqȝ inuidia non proſunt. xpī apoſtoloꝝqȝ ob hoc pauꝑtatem exprobantes. quod lege xpiana. omi penitus cupiditati ⁊ auaricie et luxui ſit interdictū Miror tamen. quū Pauli apoſtoli adeo ſtudioſi ſint. id eos non legiſſe. vel ſicco pocius vt aiunt: pede pede trãſiſſe. Quis plantat vineaȝ Et de fructu eiꝰ non ſumit Quis paſcit gregem ⁊ de lacte gregis nō paſcit Rurſuȝqȝ idem apoſtolus Quum nos ſpūalia ſeminare dixit. vt temꝑalia ipſorum metamꝰ Et qui altari ſeruit. vt de altario eciam viuat. Hoc eniȝ veluti Lex xpī nō eſſet. diſſimulãt. ſed quicquid de parſimonia aliiſqȝ eiuſcemodi dicit id omne ī clericos. xpīqȝ miniſtros intorquēt Veluti vobis ſolis. ſub humilitatis virtutuȝqȝ ſpecie. fenerari liceat Pecuniarumqȝ aucipium vndecuȝqȝ ſectari Sed ne forte nō adhortandi ſed calūpniandi habenas. ī vos laxaſſe videar. impetū cōtrahã atqȝ ad alia quibus pari errore inuoluti eſtis perſtringenda accedaȝ

## De ſuffragiis ſanctoꝝ Purgatoriiqȝ penis.

IAm maiore parte dubiorū abſoluta Supeſt reliquuȝ eciam quod de Sanctorū ſuffragiis. ī eccleſia. peniſqȝ purgatorii credit perſtringere Scio enim ꝙ̄ varia de eo inter pleroſqȝ diſputacio eſſe ſoleat Nos tamē doctorū eccleſie teſtimoniis ōmiſſis. duobus tantum. veteris ſcilicet Et noue legis. ſentenciam noſtram firmabimꝰ Veterꝭ quidem. Quoniam in libris Machabeoꝝ legitur qualiter Onias ſummꝰ ſacerdos apparuit Jude Machabeo Et oſtēdit ei Hieremiaȝ ꝓphtam dicens Hic eſt qui multum orat pro populo Et vniuerſa ciuitate Hieruſalem. Noue autem Quoniam de Paulo in actibus apoſtolorum legitur. Quod quum eſſet. in naufragio cum multis aſtitit ei angelus dicens Ne timeas Paule ecce tibi deus donauit omnes qui ſunt in naui Ex quibus ſatis apparet. preces ſanctorum et nobis proficere ad veniam Et ob eas deum nocentes quandoqꝫ ⁊ peccatores ſeruare. Sed maior dubitacio. de penis purgatorii oritur An illic eciam animabus. corpore exutis ſit locus. An elemoſine. aliaqꝫ pietatis opera. pro eis in hoc mūdo impenſa ipſis quicq̄. vel ad imminucioneꝫ culpe. aut relaxationem pene proficiant. Multa ſunt que Theologi diuinitus inſpirati. ea de re et libris mandauerunt Et fidelium vulgo credenda reliquerunt Sed quoniam omnem ſanam doctrinā abiicitis. nudam tantummodo legis litteram ſeruātes Pauca proferre eſt conſilium Vt epiſtole prolixitatem claudam⁹ Ommitto enarrare quib⁹ racionibus Theologi. purgatorium eſſe demonſtrent animab⁹ qꝫ illic exiſtentibus viuorum ſuffragia et preces conferre longūm id enim foret. Et vos preter auctoritatem legis nichil ſuſcipere cōſueſtis Attēde igit̄ quid vel Pſalmiſta dicat Dominus inquit. deducit ad inferos et reducit Idemqꝫ rurſus. Verumtamen deus redimet animaꝫ meam de manu inferi quum eduxerit me. conſtat autem ex inferno dampnatorū neminem reduci Attende eciam quid de Iuda illo fortiſſimo hebreoruꝫ hectore Machabeoꝝ teſtetur hyſtoria Vir fortiſſim⁹ Iudas. collatione facta. miſit. xii. dragmas argenti offerri eas hieroſolimis pro peccatis mortuoꝝ Quia cōſiderabat. quod qui cuꝫ pietate dormicionē acceperant multam haberent repoſitam ḡciam. Subdens. ſancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitacio pro defunctis orare vt a peccatis purgentur Niſi forte apoſtoli eciā exigis teſtimoniū Addam igit̄ quod ad Philippenſes ſcribit In noīe Iheſu omne genu flecti. Celeſtium terreſtriū. et infernoꝝ Planū eſt autem dampnatorum vſqꝫ adeo obſtinatam eſſe maliciaꝫ Vt hi ad nomē Iheſu nequaq̄ genua flectāt. ſed blaſphemiis poci⁹ milleqꝫ conuiciis lacerent Vt neceſſario fateri cogare. locum aliquem apud inferos eſſe in quo pioꝝ anime reponerentur Nec deſunt eciā nobis gentilium et Ethnicorum. ad id corroborandum ſentencie. Sed vt Poetas veluti licencioſiore ſcribendi genere vſos pertranſeam Audi obſecro. quam xpiane proculus Platonicus quamqꝫ religioſius. quam vos de purgatorii luſtracione perſcripſerit Inferorum inquit loca et iudiciarios ſub terra ſtatus et flumina. que Homerus Plateqꝫ deſcribunt Non eſt putādum eſſe ymaginaciones vanas. fabuloſaqꝫ tātū terriculamenta Sed quemadmodum animis celeſtia repetentibus. multa variaqꝫ loca illic ſunt pro meritis diſtributa. ita putandum eſt. punicione q̄ꝫ purgacioneqꝫ indigentibus animabus loca ſub terris eſſe diſpoſita varios defluxus habencia ab elemētis circumfuſis terre Quos ſane defluxus flumina vocauerūt. eſſe deniqꝫ differentes demonum ordines huic prefectos operi. parti quidē vltores partim caſtigatores. partim purgatores. partim vero iudiciales Perterreri vero illic animas conſentaneuꝫ eſt ymaginacione demonum prefectorum ſtatuqꝫ pro meritis quidem habitibuſqꝫ vario confuſoqꝫ Et a ſuperis ſolis radiis ſegregato Ecce quam conſona fidei noſtre Platonicus. hic afferat vos tamen nichil eorum penſi habentes opinionem quam ſemel concipitis ⁊ creditis conſtanter et irreuocabili errore vel coniūcti eciam tuemini quo hercle nil periculoſius. nichil a vera religione alienis inuenire poteſt Sed quoniam. vt diui Hieronimi verbis vtar: de ſcopuloſis locis enauiauit oracio ⁊ iter cauas. ſpumeis fluctibus cautes fragilis in altū cymba proceſſit expandenda vela ſunt ventis. et queſtionum ſcopulis tranſuadatis letancium more nautaruꝫ. epylogi zeleuma cantuadum Quicq̄d extra communis ac vniuerſalis ſancte eccleſie tradicionē. docetur. dogma peſtiferum dogma pernicioſum Et ex dyaboli officina eſſe profectū Quod licet virtutum ſpeciem preferat Venenū tamen eſt et vipperea hereticorum effaſcinacio. falſis enim opinioīb' decepti tot ſpecies habent dyaboli quot ſymulachra mendacii. Vt enim olim Adam ⁊ Euam dum eos ſimiles dys futuros. dixerat decepit Ita vos cottidie decipere non ceſſat dum in angelum lucis tranſfiguratos. vos ſimiles fore apoſtolice. ſanctitate confirmat. Qua ꝓpter mi Johānes relicto ꝓphano et imperito vulgo eccleſie te ſancte oro redintegra habes viuidum florens. facileqꝫ ingenium mores ad omnia ex virtute agenda egregie compoſitos facile id igitur capere potes nichil firmū nichilqꝫ conſtans eſſe quod in conciliabulis veſtris de fide xp̄i diſſeritur. Ita vt plerūqꝫ alia ſint Lythomiſſlenſium placita q̄ Precouienſium Eaqꝫ rurſum longe ab illis que. apud vos ī Proſtāno docentur. diuerſa Fides autem noſtra. vt in ſolido Petri ſucceſſoꝝ qꝫ ipſius fundamento conſiſtit Ita nullis cuniculis. nulliſqꝫ deuii erroris anfractibus facile ſuffoditur Hec vt ad te ſcriberem virtus tua me impulit Leuia fortaſſe et deridicula. xp̄iani tamen hominis qualiacumqꝫ ad orthodoxaꝫ fidem inuitamenta Precor ergo ita ea perlegas. vt placeat. ideſt vt vanis erroribus modo implicitum ad xpi ouile penitentē reducant. Vale Ex Buda. feria quakta. Quatuortemporum Sancti Spiritus Anno xpi domini. M. D. ſeculari

Explicit tractatus Contra heresim waldēſium perutilis Impreſſum in regali Ciuitate Olomuncenſi. per me Conradū Bomgathen Anno domini .M. quingenteſimo xxix die menſis Octobris.

BRITISH MUSEUM
6 AU 08


·I·
·500·



·I· ·500·

4